



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 3. S. Athanasius revocatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

lam in his disceptationibus partem ha- Sæculum IV.  
buere, firmiter Synodi Nicænæ Decretis A. C. 338.  
inhærentes. Tunc vero Eusebius Nico-  
mediensis, & Theognis magnas spes con-  
ceperunt, utque S. Athanasio viam, &  
reditum Alexandriam præcluderent, *Sozom. III.*  
alium suæ Sectæ Episcopum in illam Se- c. I.  
dem intrudere statuerunt.

### §. III.

#### *S. Athanasius revocatur.*

Hoc illorum consilium Constantinus ju- *Athan. ap.*  
nior Imperator subvertit, qui S. Atha- 2. p. 805.  
nasium in suam Ecclesiam jam anno 338 *Theod. l. II.*  
remisit cum epistola ad populum Catho- *c. 2. V.*  
licum Alexandrinum data, in qua dicit; 338.  
*Pagi ann.*

S. Episcopum in Gallias missum fuisse, ut  
inimicorum suorum furori, & certæ mor-  
ti eriperetur, Magni Constantini mentem  
fuisse, eum suæ Ecclesiæ restituere, sed  
morte præventum non potuisse. Et sub-  
jungit: *ubi ergo Athanasius ad vos perve-*  
*nerit, quanto eum honore prosecuti fueri-*  
*mus, cognoscetis, nec id vobis mirum vi-*  
*deatur, vestra afflictio, qua ejus absentiam*  
*dolebatis, nobis non ignota, & maximè*  
*viri apud nos versantis reverentia ad eum*  
*colendum nos moverunt. Ceterum fra-*  
*tres charissimi Divinum vobiscum auxi-*  
*lium sit! datum Treviris decimo quinto*  
*Calendas Julii, id est, 17. Junii. Con-*  
*Hist. Eccles. Tom. III.* Z Stan-

Sæculum IV. stantio Imperatore Athanasii revocatione  
A. C. 338. resistere non audente, ipse, relictis viris, itineri se dedit, post annorum duorum, & quatuor mensium exilium. Pe-

*Syn. Alex.* quam per Syriam in Ægyptum trans*ap. Athan.* Alexandriam ingressus incredibili omni*2. Apol. p.* um ordinum gaudio exceptus est, Clericis 728.

civibus, agrestibus ad Episcopum videndum turmatim concurrentibus, in omnibus Ecclesiis precantium, & Gratias agentium voces audiebantur. Alii que Episcopi, sedibus suis pulsati, quos ter Asclepas Gazensis, & Marcellus Akyranus erant, restituti sunt. Ariani iam querebantur, Athanasii revocatione Ecclesiæ Disciplinam lædi, nec, a Concilio Tyriensi sua Sede dejectum, alia quam alicujus Concilii Decreto rite retulit posse.

#### §. IV.

##### *Nouæ in S. Athanasium calumnia.*

*ap. Athan.* Ad tres Imperatores scripsere epistolas multis in Athanasium criminationibus congestis, prima erat, ipsum, ad Sodem suam redeundo, nullius Concilii auctoritate fultum, Canones violasse. Reditum ejus tumultus, & seditionum, lacrymarum, & gemituum populi, invictum recipientis, causam fuisse. Ecclesiæ Alexandrinas expilasse. Vi, & crudibus profanasse. Redditus a Constan-

*Athan. p.*  
730.